



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

Quæ fuerit intentio scribentium de Trinitate B

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

DE MYSTERIO TRINITATIS ET V-  
NITATIS. DISTINCT. II. A

*Aug. c. 2. l. 1.* **H**Oc quoque vera ac pie fide tenendum est,  
*Trin. tō. 3.*

ut ait Augustin. in primo lib. de Trin. scilicet Pater, & Filius & Spiritus sanctus: & hæc trinitas vnius eiusdemq; substantiae vel essentiaz dicitur, creditur & intelligitur: quæ est summum bonū, q; purgatissimis mētibus cernitur. Mentis enim humanæ acies inualida, in tam excellenti luce nō figitur, nisi per iustitiam fidei emundetur. Item in libro primo retract. ca. 4. Nō approbabō quod in oratione dixi: Deus qui non nisi mundos verum scire voluisti, respōderi enim potest, multos etiā nō mūdos multa scire vera. De hac re ergo, summa & excellentissima, cum modestia & timore a-  
*Aug. remo*  
*1. in libr. 1.*  
*Soli loqui-*  
*rum cap. 1.* gendum est, & attentissimis auribus atque deuo-  
*Aug. lib. de*  
*Trin. 1. ca. 3.* tris scilicet & Filii & Spiritus sancti: quia nec pe-  
*1. Tim. 6.* riculosius alicubi erratur, nec laborosius aliquid quæritur, nec fructuosius aliquid inuenitur. Pro-  
*Cap. 2. q̄ 3.* inde omnis qui audit & legit ea quæ de ineffabili & inaccessibili luce diuinitatis dicuntur, studeat imitari atque seruare, quod venerabilis **actor** Aug. in 1. li. de Trinit. de se ipso ait. Nō pigebit me, inquit, sic ubi hæsito quærere: nec pudebit sic ubi erro, discere. Quisquis ergo audit hoc vel legit, vbi pariter cert⁹ est, pergit tecum vbi pariter hæ-  
*Psalm. 104.* sitat, quærat tecum: vbi errorem suum cognoscit, redeat ad me: vbi tecum, reuocet me. Ita ingredia-  
mur simul charitatis viam tendentes ad eum, de quo dictum est, Quærite faciem eius semper.

*Aug. in lib.*

*1. Ret. c. 1.*

*lib. 1. Solilo-*

*1. libr. de Trinitat.*

*4. August. ait,*

*qui de Trinitate*

*quiorum 10.*

*1. c. 4. Vbi.*

*Quæ fuerit intentio scribentium de Trinitate.*

B

OMNES autem catholici tractatores, ut in eod.

*1. libr. de Trinitat.* 4. August. ait, qui de Trinitate

*quiorum 10.* quæ Deus est, scripserunt, hoc intenderunt secun-

*1. c. 4. Vbi.* dum scripturas docere, q; Pater & Filius & Spi-

ritus

ritus sanctus vnius sint substantiae, & inseparabili  
 & qualitate unus sint Deus: ut sit unitas in essentia,  
 & pluralitas in personis: ideoque non sunt tres  
 Dei, sed unus Deus, licet Pater filium generit, &  
 ideo filius non sit qui pater est: filiusque a patre sit  
 genitus, & ideo pater non sit qui filius est, & spi-  
 ritus sanctus nec pater sit nec filius, sed tantum Pa-  
 tris & Filii spiritus, utriusque coequalis, & ad Tri-  
 nitatis pertinens unitatem. Teneamus ergo Pa- aperte lo-  
 trem & Filium, & Spiritum sanctum, unum esse quicunque dices  
 naturaliter Deum, ut ait Augustinus in libro de si. Ego & pater  
 de ad Petrum, neque tamen ipsum patrem esse, unum su-  
 qui filius est, nec filium ipsum esse, qui Pater est: mus. De iōs.  
 nec Spiritum sanctum ipsum esse, qui pater est, disti. cap.  
 aut filius. Vna est enim Patris & Filii & spiritus omnes.  
 sancti essentia, quam Græci οὐτιαν vocant: in qua Aug.ca.1.  
 non est aliud Pater, aliud Filius, aliud Spiritus san- ad Pet. 10. 3.  
 tus: quamuis sit personaliter alius pater, alius fi- Lib. 1. ca. 2.  
 lius, alius spiritus sanctus.

*Quis ordo sit seruandus cum de Trinitate agitur.* C

CÆTERVM ut primo li. de Trin. Aug. docet, primo secundum authoritates sanctarum scripturarum, utrum fides ita se habeat, demonstrandum est. Deinde aduersus garrulos ratiocinatores, elatiores magis quam capaciores, rationibus Catholici, & similitudinibus congruis ad defensionem & assertionem fidei intendit: ut eorum inquisitionibus satis facientes, mansuetos plenius instruantur, & illi si nequierint inuenire quod querunt, de suis metibus potius, quam de ipsa veritate vel denostrâ assertione conquerantur.

*Testimonia Sanctorum de Trinitate.* D

PROPOSITIONES ergo in mediū veteris ac noui Testamēti authoritates, quib⁹ diuinę unitatis atque Trinitatis veritas demonstratur: ac primū ipsa legis exordia occurràt, ubi Moyses ait, Audi Trinitatis Israël, Dominus Deus tuus, Deus unus est. Item, declaratur

Ego

Testimo-  
nia, quibus  
mysterium